Aromatum Balſama ſimplicia, optimè fieri ſolent, eorum olea deſtillata, cum oleo Nuciſtæ per Spir. vini ☿ ſatum, odore & ſapore ſpoliato ſecundum artem, & proportionem debitam combinando, & vel eorum pulvere, vel extractis tingendo. *Vid. corp. ph. p.* 220. *a.*

Balſa-

## Balſamum Saponis Minſichti.

℞. *Saponis Venet.* in ſucco Limonii diſſolut. ℔j. *Mellis Virgin. alb.* ℥iiij. *Coſmetici Mercurial. Sacchari candi albi, Rad. ireosflor.* ana ℥j. *Sal. Tartari*, *Spermat. Ceti albiſſ. Aluminis ſaccharini, Boracis Venet.* an. ℥ß. *Balſami Peruviani odorif.* ℥ij. *Galliæ moſchat. veræ* ℥j. *Ol. lign. Rhodii, Cinamomi*, *Caryophyll. Lavendulæ* ana ℈j.

Miſc. & f. ſ. a. Mixtura in formam Balſami.

Utere in lavando fricandoque manus; Quia nivis inſtar dealbat, cutimque nitidam atque mollem reddit. *Vid. corp. ph. p. 224. a.*

## Balſamum Saponis *S. Cloſſæi.*

℞. *Saponis Venet. inciſi* q. l. affunde ei *Spir. vini*, atque ſemel ac iterum deſtilla; denuò illum reaffunde & relinque in loco calido; poſtea per chartam filtra; & habebis liquorem inſtar olei ſpadicei coloris.

Qui ſublevat dolores podagricos, ſi locus affectus eo illinitur.

Vel ℞. *Saponis Veneti* aut *Hiſpan.* inciſi & *argillæ comm.* aa. p. æq. formentur inde globuli, qui per Retortam pellantur, primo leni, poſtea fortiori igne ad totalem Spirituum expulſionem; labore finito, oleum fuſum ſepara à Spiritu acutiſſimo; quod per rectificationem in citrinum mutabitur colorem.

Vitium ratione Balſamum hoc potentiſſimè reſolvere dicitur, ratione ingredientis lixivii, externè illitum, hinc & in colica flatulenta, item urina educenda optimè conducere perhibetur. *Vid. corp. ph. p. 206. a.*

## *B*alſamum Saturni *Coll. Leid.*

℞. *Sacchari* ♄*ni* ℥viij. *Ol. Juniperi*, ãã *Therebinth.* ℥xvj.

Immittantur retortæ vitreæ, & ex arena per gradus deſtilla, ac quod primo exit, cum parum *camphora* commixtum, optime valet ad Gonorrhæam. Quod verò ultimò prodit oleum, ulceribus cancroſis & malignis ſanandis conducit.

Poteſt etiam hoc Balſamum fieri mediante digeſtione ſaltem, donec ſaccharum in oleo liquatum ſenſim reperitur, cui tum ad ℥iiij. additur camphoræ ℥ß. & rurſus in digeſtione ponuntur vaſis probè clauſis, ut prius, donec camphora fuerit ſoluta: Quô factô colatur Balſamum, mediante goſſypio fundo infundibuli immiſſo, ac ſervatur ad ulcera, & vulnera ſananda, ut ajunt, magni momenti. Vid. corp. ph. p. 206. 2.

## *B*alſamum hoc Saturni egregie deſcribitur in Collegio Leid. à *D. Maëts.*

℞. *Lythargyrii auri pulv.* q. ſ.

Affunde ei *acetum deſtill.* ad 4. digitorum eminentiam.

Digerantur vel coquantur ſpatula lignea ſemper agitando, quo uſque acetum deſtillatum dulce factum ſit.

Hoc acetum dulcoratum decanta & filtra ac in patina ſtannea aquæ ferventi impoſita, evapora ad conſiſtentiam Syrupi tenuioris: huic affunde aquam pluvialem & ſtatim lacteſcet, tùm iterato filtra, & evapora, ut priùs, hancque operationem tàm diu reitera, donec Balſamum hoc Saturni, inſtar ſacchari dulce, & inſtar ſanguinis rubicundum evaſerit; *Singulis* filtraturis partes magis auſteræ, terreſtriores in charta vel filtro hærent & ſeparantur. *Bal-*

*Balſamum hoc cum oleo olivarum mixtum & agitatum faceſſit in unguentum album*, nutritum in inflammatione renum, & inde exorto dolore lumborum præſens remedium.

*Curat item oculorum rubedinem & inflammationem*, cum ▽a Euphraſiæ, roſarum, &c. dilutum; imò ipſam fiſtulam lachrymalem brevi tempore cicatrice obducit. Vid. corp. ph. p. 206. a.

*B*alſamum Spaſmodicum *Minſ.*

℞. *Ping. Anguillæ* ℥j. *Ol. Galbani, cum Spir. Therebinth. deſt.* ℥ß. *Lumbricor. ter. lilior. albor.* ana ℥iij. *Succini alb. rect. roriſmarini, Angelicæ* ana ℥iß. *Bacc. Juniperi, Chamomillæ*, Origani *Cret. Laurini* aa. ʒj. *Caryophyllorum, Lavendulæ, Salviæ, Rutæ*, ana ℈j.

Miſce & cum *Ol. nuc. moſchat. exp. & ceræ alb.* ana ſ.q. f. ſ. a. Balſamum.

*In convulſione*, quæ ab humore frigido nervos replente fieri ſolet, præmiſſis tamen univerſalibus, & corpus debitè evacuantibus, *hoc Balſamum principatum obtinet.*

Membra convulſa & tremore infeſtata, omnes nervos penetrando, curat. Vide corp. ph. p. 224. a.

*B*alſamum Spaſmodicum *concentratum Minſichti.*

℞. Olei *Galbaneti* ℥ij. *Lumbricor. terr.* ℥j. *Succini, Juniperi* aa. ℥ß. *Lavendulæ* ʒj. *Nucis moſchat* expr. q. ſ.

Fiat ſ. a. Balſamum. Vid. corp. ph. p. 225. a.

Balſamum Spinale *Batean.*

℞. *Axung. human.* ℥iiij. *anſerinæ, taxi* aa. ℥iij. *olei Laurin.* ℥ij. *Fol. ſalv. majoran. ebuli, ſambuci, calaminth. origani, lavend.* aa. M. j.

Coque ad ſuccorum conſumptionem, tum fiat expreſſio, & adde *Balſami ſuccini* ℥j. *Butyri macis* ℥ß. *Petro-*

*lei, ol. ſpicæ* aa. ʒij. M. Pro ſpina dorſi inungenda in convulſionibus, Paralyſi &c.

### *B*alſamum Stomachicum *Norimbergenſ.*

℞. *Ol. Nuc. Moſch expr.* ℥iiß. *Menthæ criſpæ* ℥[illegible]. *Aurantior. Caryophyllor. Macis*, aa. ʒj. *Roriſmarini, Lavendulæ, Abſinth. Carvi, Anethi*, aa. ʒß. *Ceræ albæ*, q.ſ. M. & fiat Balſamum. Vid. corp. ph. p. 225. a.

### Balſamum 🜍 Rulandi *ad externa.*

Deſcriptio hujus admodum variat, Schrœderus eum hunc in modum conficere docet: v. g.

℞. *Flor.* 🜍 vel 🜍 *puri* ℥j. Olei *raparum* vel *nucum* ℔ß. *Vini generoſi* ℥ij.

Macerentur ♂ octo lento igne aliquoties agitando; poſtea coquantur lentè ad conſumptionem vini, tandem cola & ſerva. Vid. corp. ph. p. 215. a.

### *B*alſamum Sulphuris compoſitum ex *Schrœdero.*

℞. 🜍 *flav.* ℔j.

Reſolvatur in *olei olivarum* tantundem, tamdiu bulliendo, ſpatulaque lignea agitando, donec ſanguinis colore tingatur, tùm remove ab igne, & adde *Ceræ albæ* ℥ij. & cum refrigerari incipit, adjice pedetentim:

*Tinct. Radic. Ariſtoloch. rot.* ℔ß. *Martis* ℥j. Olei *Myrrhæ* ℥ß.

Agitentur extra ignem ad conſiſtentiam unguenti rubentiſſimi, quod vulnera egregiè conſolidat. Vid. corp. ph. p. 216. a.

### Balſamum Saturni Therebinthinatum *Schrœderi.*

℞. *Sacch. Saturni* ℥ij. *ſp. thereb.* ℥iv. macer. in cinerib. calidis & rubeſc. F. B. perhibetur inſign. virium in ulcerib. inveteratis item vuln. Vid. corp. ph. p. 212. a.

Bal-

Balſamum Stipticum *Minſichti.*

℞. *Empl. ſtipt. noſt.* ℥iv. *ol. vitell. ov.* q. ſ. f. B. cui adde *ol. caryoph. nuc. m. ſalv.* ana ℈i. M. Prodeſt in aff. ventriculi ut cholera Lient. Diarrhæa Dyſent. &c. Vid. corp. ph. p. 225. a.

Balſamum ſtomachicum *Minſichti*

℞. *Ol. nuc. m. exp.* ℥iiß. *menth. criſpæ* ʒß. *aurant, caryoph. macis* ana ʒi. *rorism. lavend. abſ. cumin. anethi* ana ʒß. M. cui adde parum *ol. roſ. r.* & *cera alb.* ut F. B. *Vid. corp. ph. p.* 225. *a.*

Balſamum ſtomachicum *Ettmülleri.*

℞. *Ol. nuc. m. expr.* ʒij. *ſtill. macis aniſ.* ana ʒß. *caryoph. cinam.* ana ℈ß. M. F. B.

Balſamum ſtomachicum *Dolæi.*

℞. *Ol. nuc. m. exp.* ℥ß. *maſt. menth.* ana ʒij *cal. arom.* ʒß. *carui cinam.* ana gutt. x. *macis* gutt. v. *balſ. Peruv.* ʒij F. B.

Balſamum ſtomachicum *Jüngken.*

℞. *Ol. nuc. m. exp.* ℥i. *abſ. deſt. menth. deſt.* ana ʒi. *macis caryoph.* ana ℈i. *balſ. Peruv.* ʒi. M. F. B. Vid. corp. ph. p. 226. a.

Balſamum ſuccini uſti *Timæi.*

℞. *Sucin. uſt.* ʒij. *ambr. gryſ. moſch. zibeth.* ana ℈ß. *ol. lign. rhod. lavend. ſalv. majoran. rut.* ana gutt. xi. *caryoph.* gutt. xv. *nuc. m. exp.* q. ſ. F. B. contra canitiem uſurp.

Balſamum Sulphuris Peſtilentialis *Maetſil.*

℞. *Flor. Sulph.* ℔i. *myrrh.* ℥iij. *aloës* ℥ij. *croc.* ℥iß. *camph.* ʒiv. redig. in pulv. adde *ol. tereb.* ad emin. 4. dig. & F. B. in Peſte uſurp.

Balſamum Tabaci.

℞. *Olei Juniper. Spir. Therebinth.* aa. ℔j. *fol. Nicotianæ* ℥vj.

Infunde & circula per 8. dies, tùm exprime & ſerva.

Sanat vulnera inter 24. horas. *Vid. corp. ph. p.* 226. *a.*

## Balſamum Terebinthinæ *le Mort.*

℞. *Tereb. lucid.* ℔ij. *balſ. copaib.* ℔ß. *nuc. m.* ℥ij. *cort. citri exter. ir. ſl.* ana ℥iv. *Benz.* ʒiij. *balſ. Peruv.* ʒi. *ſp. vin. in quo moſch. & zib.* ana gr. ij. *diſſolv.* ℥iv. deſt. leni igne quamdiu ol. limp. aſcend. dein aucto igne flav. excip. & F. B. in Gonorrhæa ſummi uſus eſt & calculo.

## Balſamum Venereum *Minſichti.*

℞. *Rad. Pyrethri, Euphorbii*, aa. ℥j. *Cantharid.* ℥ß.

Coq. in *Vini Malvat.* ℔ij. ad conſumptionem medietatis, & colaturæ adde;

*Olei Nuc. moſch. expr.* ℥j. *Formicar.* ℥ß. *de Nuce Indic. Caſtorei* aa. ʒiß. *Moſchatellini, Caryophyll. Macis, Spicæ*, aa. ʒj. Moſchi *opt. Cibethi opt.* aa. ℈j.

Miſce & cum *cap. mort. olei nuc. moſch. expr.* aut in hujus defectu cum *cera alba* q. ſ. fiat ſ. a. Balſamum.

Si Balſamo hoc regio inter anum & teſtes, nec non pollex, dextri pedis inungatur, Minſichto quidem ita aſſerente, admodum ſtimulus excitatur venereus. *Vid. corp. ph. p.* 226. *a.*

## Balſamum Vitæ *Schrœderi* correctum.

℞. *Baccar. Lauri rec.* ℥i. *Nuc. moſchat. Cinamomi el. Caryophyllor. Zedoar. Galang. Cardamomi, Cubebarum. Santali citrin. & albi, Spicæ Rom. Serpilli, Cort. arant. Citri*, aa. ℥ß. *Croci or.* ʒiij. *Ambræ gryſ.* ʒij. *Moſchi opt.* ʒj. C. C. inter duo feſta M. capti & raſpati ℥iiij. Omnia contundantur probè, & in retorta capaci eis affundantur;

*Spir. vini probè rectif.* ℔viij.

Claudantur exactè & digerantur per 14. dies leni

calore M. B. tunc addantur ſequentium ſpecierum pulveres: v. g.

℞. *Myrrhæ, Aloes el. Thuris*, Opoponac. *Bdellii, Ammoniaci, Sarcocollæ, Maſtich. Tacamahac. Stirac. liq. Ladani ping.* Caſtorei rec. non rancidi aa. ℥ß *Galbani* ℥iiij. *Gumm. animæ* ℥iij. *Spir. Therebinth.* ℔ß. In quo prius *Trochiſc. de Vipera* ℥ij. Extr. ſint, ſeparato tandem Spirit.

Omnes ſupradictæ Species probè pulveriſatæ cum *Spir. Therebinth.* ad priores ſpecies retortæ immittantur & ulterius ſtent, probè clauſa leni calore, M. B. per dies tres vel quatuor, tunc deſtilla ex retorta igne cinerum leni, poſt fortiori, donec Spir. vini cum oleo prodierit; Hoc facto ſepara Spiritum ab oleo, & Spiritum ſerva ſeorſim ad membra reſoluta præſtantiſſimum.

Oleo verò ſeparato adde novi Spiritus vini rectif. ℔j. vel ℔iß. circiter, poſtea eis adde olea ſequentia deſtillata:

℞. Ol. *Bacc. Juniperi, Succini, Nucis Moſchat.* aa. ℥j. *Aniſi, Fœniculi, Cumini, Roriſmarini, Majoranæ, Thymi, Saturejæ, Hyſſopi, Pulegii, Salviæ, Lavendulæ, Rutæ, Spicæ, Chamomill. Zedoar.* Cubebar. aa. ℥ß. *Balſami Peruviani* ſive Opobalſami *veri*, ℥iß. ♂ *Cinamomi, Caryophyll. Citri, Arant. Roſar. Angelic.* aa. ℥j.

Miſce probè, & rurſus deſtilla per retortam, lento igne cinerum, oleum quod primo cum Spiritu prodit, optimum eſt, quod à Spiritu ſepara, & ſerva pro Balſamo vitæ.

Reliqua quæ ſequuntur flava & rubeſcentia, ad externum ſerventur uſum.

Virium ratione Balſamum hoc vitæ prædicatur

 precio-

precioſiſſimum antidotum contra omnis generis venena, tàm tempore aëris infecti, quàm & alia in cibo & potu hauſta. Doſis eſt gutt. 5. ad 7. in vino.

Fortiùs verò operatur & præſtantiùs fit, hoc Balſamum, ſi in eo aliquid *camphoræ* ſolvatur.

Præterea tollit obſtructiones renum, reſolvit catharros, confortat Spiritus animales, & inde dependentes actiones ſenſuum; *S*urditati medetur auri inſtillatum, præſervat ab apoplexia, & fœtentem halitum corrigit. *Vid. corp. ph. p.* 197. *a.*

## Balſamum Vitæ *aliud Heſlingii.*

℞. Ol. *Juniperi*, *Therebinth.* Chamomill. aa. ℥xij. *Succini* ℥j. *Caryophyll.* ℥ß. *Flor.* 🜍, 🜕*lator.* ℥iij. *Aloës Hepat.* Olibani, *Myrrhæ el*, aa. ℥iiij. *Croci Or. integri* ℥ß. *Cubebar. Cardamomi*, *Margarit. ppt. Corall. rub. ppt.* aa. ʒij. *Rhabarb. el.* ℥ß. *Angelic.* ʒj. *Aquæ vernalis Therebinthinatæ*, vel *omnium flor.* ℔iß.

Poteſt etiam addi oleum Hypericonis.

Contundantur & conſcindantur omnia groſsè, & his alembico inditis affunde olea, ac ita macerentur per 10. aut 14. dies, quò longiùs eò meliùs, ſed ſi deſtillare lubeat, affunde eis aquam vernalem therebinthinatam, & alembico immiſſa deſtilla ex arenâ, & Balſamum primò egreſſum ſerva & ſepara. *Vid. corp. ph. p.* 95. *a.*

## Balſamum Vulnerarium *Italicum*, quod tradit *Le Mort.*

℞. Olei *Therebinth.* ℥iiij. *Olivarum* ℥xii. *Laurini* ℥x. *Juniperi*, *Spicæ*, *Petræ*, *Hyperici*, aa. ℥j. *Ceræ citr.* ℥iiij. Liquefiant in MB. & exactè miſceantur, ſeparatis per colatorium fecibus. Si lubet tingatur cum ſ. q. Santali rubri.

Eſt

Eſt Balſamum inſigne vulnerarium & nervorum vulneribus dicatum. *Vid. corp. ph. p. 226. a.*

## Balſamum Vulnerarium ex Sulphure *Zvvelfferi.*

℞. *Sulphuris crudi & boni* ℥vj.

Hoc liquefiat in olla, ſeu patella terrea vitreata, ſuper leni igne, ne accendatur illud, aut flammam concipiat.

Liquefacto ſulphuri immiſceantur probè adhuc ſuper igne

*Salis Tartari* puriſſ. ℥iij, vel iiij.

Factâ hâc mixturâ, ſpatula bene commotâ, auferantur ab igne; & fiet Hepar Sulphuris dictum, quod in pulverem redactum, immittatur alembico parvo, cui ſuperaffundantur.

Olei *Therebinthinæ flavi* per retort. uti ſupra deſtillati, *Abietis recenter deſtillati*, ana ℥iij. vel iiij. aut plus.

Digerantur leniſſimo calore ſine ulla ebullitione aut coctione, & protinus extrahetur Tinctura rubicundiſſima ſanguinis æmula.

Separetur hoc Balſamum ſive oleum rubicundiſſimum per decantationem ſive filtrum & cuſtodiatur in vitro, externo ſive interno uſui deſtinatum; Summè proficuum in ulcerationibus pectoris & pulmonum, viribus Balſamum Sulphuris vulgare, ſine dubio, ſuperans. Vid. corp. ph. p. 126. a.

## Balſamum Vulnerarium Martiale *Zvvelfferi.*

℞. Olei *Therebinthinæ flavi*, per retortam uti ſupra, deſtillati, *Olei abietis odoriferi, & clari deſtillati*, ana ℥vj.

His mixtis oleis adde, immergendo:

*Oculorum populi arbor. recent. & conquaſſat.* temp. vernali ℥iij. vel iiij.

Factâ maceratione duobus circiter diebus, calore leni, vitro benè occluſo, eôque alto, fiat poſt colatura, cum forti expreſſione, huic oleo expreſſo iterum in vitrum altum ſive alembicum capacem infuſo, ulteriùs immerge.

*Limatura chalybis puri*, & accuratè limati ℥iij. vel iiij. & deſuper guttatim, pedetentim & per vices, inſtillentur:

*Spiritus nitri opt.* vel loco hujus *Spir. vitrioli* ℥ij. vel plus.

Ita tamen ut ſpatio duodecim horarum circiter, totus Spiritus guttatim affuſus fuerit, ſpatulâ ligneâ ſæpius limaturam hinc inde movendo, ne fundo vaſis adhæreat, & indureſcat, ſic enim ſolvitur limatura ferri, & ſuam eſſentiam ſeu animam affuſo oleo communicat, idque imbuit & rubicundiſſimo colore tingit.

Solutione hâc peractâ, digerantur ſimul in vitro largo, & probè clauſo per duos circiter dies;

Tandem ſeparetur oleum ſive Balſamum rubicundiſſimum, ſanguinis inſtar è limatura & omni humiditate: quod uſui aſſervandum.

Inſignis efficaciæ eſt hoc Balſamum, non ſolùm externè vulneribus impoſitum, ſed & ad intra aſſumtum; quia nullô modô corroſivum eſt.

Spiritus enim nitri, vel vitrioli corroſivus non in oleum, ſed in chalybem limatum agit, & vim ſuam exercet illumque ſolvit; & ipſe ſolvendo in aliud ens veluti transmutatur, & edulcoratur.

## Balſamum Uterinum *Minſ.*

℞. *Butyri Maj. inſulſi* ℥j. ♂o *Jovis Anglici*, *Succini citrin. Therebinth.* an. ʒiß. *Ol. Gumm. Tacamahac. Aſæ fœtid. Galbani, Sabinæ*, an. ʒj. *Caſtorei veri* ʒß. *Sevi hircini* q. ſ. M.

M. ut fiat ſ. a. *Balſamum*.

*Balſamum* hoc calide inungatur umbilico ; ſuperpoſito nucis juglandis cortice, & dolores uteri mitigabuntur. *Vid. corp. ph. p.* 226. *a.*

Balſamum Uterinum aliud, *mihi familiare*.

℞. *Sevi hircini* , *Lachrymarum Galbani* , *Aſæ fœtid. Axung. Caſtorei*, an. ʒiß. ♉ *Succini, Rutæ, Sabinæ*, an. ʒiij.

M. & fiat *Balſamum*.

Quod dimidia nucis teſta exceptum , & umbilico applicatum dolores uteri & inde natas paſſiones hyſtericas egregiè demulcet & ſedat, &c. *Vid. corp. ph. p.* 226. *a.*

Balſamum contra vertiginem *Brand.*

℞. *Ol. nuciſt. expr. macis expr.* an. ʒi. *deſt. caryoph. lavend. majoran. ſuccin.* ana gutt. vj. *moſch. ambræ* an. gr. iij. M. F. *B.*

*Ba*lſamum vitæ *Brandenb.*

℞. *Rad. galang. Zed.* an. ℥j. *cardam. min. caryoph. cinam. croc. or. cubeb. nuc. m.* an. ℥ſ. *balſ Peruv. maſt. myrrh. olib. ſtyr. liq.* an. ℥iß. aff. *ſp. vin. rect.* ℔iv. diger. vaſ. opt. obtur. per menſem tum è retorta vitrea in arena abſtrahe & aliquoties cohoba, tandem adde *ol. deſt. caryoph. cham. rom.* an. ʒij. *cort. citri lavend. lign. rhod. macis, majoran. nuc. m. roriſm. Salv. thym.* an. ʒiß. diger. iterum, donec perf. uniantur, tum in duas partes divide, quarum alteri adde *ambr. gryſ.* ʒij. *moſch.* ʒj. ſerv. ſing. ſeorſim.

*Balſamum* Vulnerarium *Crollii.*

℞. *Flor. roſ. rub.* ℔j. *cheiri ariſt. verbaſci chelid. cent. min. prunell. cham. conſol. maj.* an. ℥ij. *fol. roſ. rub. mumiæ myrrh. thur.* an. ℥iß. *maſt.* ℥j. *ſtyr. liq.* ℥ij. inciſ. incid. & trit. terend. pon. in vaſe aff. *ſp. vin. rectiſ.*

*rectif.* mens ij. ſt in dig. in ſole vel poſt forn. dein eff. ſp. vin. tinctus & fæces prælo expr. ſp. vin. tincto adde *ol. oliv. & tereb.* ℔ v. *reſin. laric.* in aq. hyper. tot. ℔ iß. dig. per 14. d. & ultimo abſtrahe ſp. v. in B. M. & remanebit in fundo *B.* rub. inſtar. ſang.

Balſamum Vulnerarium *Schræd.*

℞. *Ol. olivar.* ℥iv. *tereb.* ℥vi. *maſt.* ʒv. *thur.* ℥i. *myrrh.* ʒvj. *galb* ℥i. *ærug.* ʒiij. *camph.* ℈j. *acet.* ℥iiß. *ſp. v.* ℥ß. M. coq. ad conſ. umt. aceti F. *Ball.*

Balſamum Vulnerarium *Ital. Maeſt.*

℞. *Olib. myrrh. aloes maſt. ſarcoc.* an. ℥ij. *coloph. tereb.* an. ℥i. *axung. porc.* ℥ß. *ſtyr. cal. benz.* an. ʒij. *ol. hyper.* ℔ij. *petræ* ʒvj. *ſpicæ* ℥ß. *axung. hum.* ʒvj. *cer. flav.* ℥vj. F. *B.*

Balſamum Vulnerarium *VVürtzii.*

℞. *Galb. gumm. amm. bdell.* an. ℥ß. macer. in acet. p. 3. d. col. & ad mell. conſiſt. in ſp. addendo *myrrh. rub. maſt.* an. ℥ß. *olib.* ℥i. *tereb. ol. oliv.* an. ℥ij. quib. leni igne ſolut. & agit. adde per vices *ol. oliv.* ℥i. F. B. ſi vis viride adde *æruginem* ait Hartm.

Balſamum Zibethæ *Minſichti.*

℞. *Ol. nuc. m. expr.* ℥i. *Zibeth.* ℥ß. mixtis adde *ol. ſapon. rect. carmin. noſt. ceræ rectif.* an. ʒi. *caryoph. macis* an. ʒß. *ambr. moſch.* an. ℈i. M. F. *B.*

Umbilico inunct dol. col. ſed. & in coitu mulierib. magnum affert ſolatium ſi penis glans eo inungatur ſi in ſuffoc. uter maritus ſe hoc ball. inung. præſens eſt remed. ad nares a. fætida eo tempore adhibeantur ut caſtor. vel aſſ. fæt.

Balſamum Zibethæ *Timæi.*

℞. *Ol. nuc. m. exp.* ʒii. *Zibeth.* ʒß. *ambr. moſch.* ana gr. v. *ol. macis ſtill.* g. iii. F. *B.* quo ante coitum penis inung.

Balſamum Zibethæ *de Spina.*

℞. *Ol. nuc. m. exp.* ʒvi. *balſ. peruv.* ʒii. *ol. macis* gutt. ix. *caryoph.* gutt. vij. *Zibeth.* ℈i. *moſch.* gr. v. F. *B.* quo ante coitum perinæum & teſtes inung.

Bezoardicum Joviale *Hoffmanni.*

℞. *Jovis Anglici,* ☿ *vivi* aa. p. æq. fiat inde amalgama huic adde: ☿ *ſublimati* æquale pondus.

Miſce probè & aëri humido ad tempus expone, tùm deſtilla ex arena igne mediocri, per retortam, tunc recipienti immiſſo æquæ ſimpl. quadruplo, liquorem egreſſum cum gummoſa quâdam particula reſiduum, in retorta affunde, totumque calefactum, & probè agitatum per chartam emporeticam, duplicatam madidam filtra.

Quod charta abſorpſit una alterave aquæ ſimpl. uncia tranſcolata elue, & novæ retortæ hanc filtraturam immitte, adjecto pro ſingulis primitivarum ingredientium (☿ ſcilicet vivi, ſublimati & Jovis,) unciis, *Nitri crudi puriſſ.* ℥ß. ac tum omnem liquorem Spiritui nitri compoſito conformem ad extremam guttulam & totalem nitri exhauſtionem per arenam in fine, igne forti deſtilla, ſic in fundo reſtat pulvis, edulcorandus.

Vires ejus ſunt mirificæ, Bezoarticæ ſcilicet antifebriles, Antihyſtericæ, &c. Doſi gr. viij ad ℈ß. *Vid. corp. ph. p. 291. a.*

Bezoardicum Joviale *Zvvelfferi.*

℞. *Stanni ſubtiliter limati* ℥iv. *Mercurii legitimè ſublimati* ℥vj.

Miſceantur exactè, iiſque retortæ vitreæ immiſſis, deſtilletur ex arena per gradus materia butyroſa, butyri Antimonii inſtar, tum Spiritus nitri optimus, guttatim tamen & pededentim inſtilletur, donec nullus

ſtrepi-

ſtrepitus ſive ebullitio ampliùs perſentiatur; quô factô abſtrahatur in alembico prædicta ſolutio ad ſiccitatem maſſæ albicantis; projecta vel abſtracta humiditate, tota maſſa, in reſiduo relicta, teratur ſuper porphyrite, ac porrò cucurbitæ vitreæ immiſſa, Spiritu nitri recenti ſuperfuſo, deſtillando iterum, ab omni Spiritu & humiditate liberetur, igne ultimo adaucta, ut retorta parùm candeat. Maſſa tandem reſidua, trita ſuper porphyrite, ac probè edulcorata aqua ſimplici, crucibuloque immiſſa, igni admoveatur, ac hora una vel altera leniter ad prunitiem calcinetur, ac ad uſum Medicum aſſervetur.

Præſentaneum eſſe perhibetur medicamentum in ſuffocatione matricis, pellit etiam ſudores, & febribus medetur ardentibus, à gr. vj. ad x. & xx. propinatum.

Butyrum hoc Joviale *Beguinus* cum aqua ſimplici præcipitat, & in pulverem albicantem inſipidum, inſtar Mercurii vitæ, ex Butyro Antimonii, edulcorando convertit, nec minores aut minùs efficaces in ſtrangulatu Uteri poſſidere vires affirmat. Sunt tamen nonulli, qui originem butyri hujus Jovialis, ſive pulveris ex eo confecti, Mercurio adſcribunt. *Vid. corp. ph. p. 292. a.*

## Bezoardicum Joviale *Schrœderi*.

℞. *Reguli* ♁*ii* ſine ♂ facti ℥iij. huic fuſo, (in ✝ bulo, adde *Jovis Anglici puriſſ.* ſimiliter fuſi ad ℥iij. ut fiat de novo Regulus, poſtea leviga & admiſce diligenter ☿ ♎ti ℥v.

Deſtilla ex Retort. Butyrumque inde deſtillatum cum ⏜tu Sal. nit. ternis deſtillationibus fige, poſtea calcina, ignitumque in Spir. vin. extingue, & exicca.

Potens

Potentiſſimè movet ſudores, inſuper ad obſtructiones Epatis polychreſton non contemnendum eſt.

Doſis à gr. 2. ad 6. vel 8.

Præter vires modo notatas Bezoarticum hoc præbet etiam egregium Diaphoreticum in Epatis obſtructionibus, in omnibus uteri affectibus, præprimis in purpura, ubi ſcilicet cum fecula bryoniæ, aliiſque uterinis commiſcetur, quia malignitati reſiſtit, & uterum una purificat.

Item in Epilepſia cum fecula pœoniæ & bryoniæ decantatiſſimum eſt remedium.

In Epatis obſtructione cum pulvere Epatico rubro miſcetur. Imo in ipſa peſte etiam cum Magiſterio cordiali D.D. Johannis Michaelis, utiliſſimum deprehenditur tàm ratione præſervationis, quam curationis. *Vid. corp. ph. p. 292. a.*

## Bezoardicum Joviale *Minſichti.*

Hoc ſecretum veri & periti Chymici, mecum talem in modum faciunt, & præparant:

℞. *Reguli Antimonii* ℥iij. *Jovis Anglic. purificati* ℥ij.

Liquefiant invicem & redigantur in pulverem ſubtilem, addanturque *Mercurii ſublimati* ℥x.

Quæ omnia inter ſe mixta & retortæ immiſſa deſtilla, tunc apparebit materia alba, quam *Butyrum* Antimonii Ariſtæ vocant.

Hunc album & craſſum humorem inde cucurbitæ, & deſtillando omnem humiditatem abſtrahe, & tantùm adde *Spiritus Salis Nitri*, quantum pondus exemti pulveris requirit, & ex arena uſque ad aridum deſtilla.

Iterum exime, in pulverem redige, & abſtractum liquorem una cum ℥ij. *Spiritus Salis nitri recentis* ſuffunde, & ſecunda vice, ut prius, ad ſiccitatem uſque

abſtrahe. Album pulverem denuò exime, quàm minutiſſimè tere, & liquorem deſtillatum, cum aliis duabus Spiritus Salis nitri unciis affunde, & tertia vice deſtilla.

Tum demum exemtum & tritum pulverem ſigillo immitte & ad ignem duas aut tres horas ſine excandeſcere & poſtea ad uſum repone.

Ego ad hunc modum illud præparavi, & prima vice Anno 1610. validum & efficax in operatione deprehendi.

Diaphoreticum eſt ſtupendum, & efficaciſſimum ſecretum in omnibus & ſingulis matricis ægritudinibus, aliiſque mulierum morbis quàm plurimis. In febribus, Peſte, Scorbuto, morbis Epidemicis, & omnis generis imbibito lethali veneno, ut & in omnibus caſibus, in quibus Bezoardicis & ſudoriferis eſt locus.

Doſis à gran. 3. ad 5. & 6. in Aq. Theriacali vel de Corn. Cervi noſt. aut alia conveniente. *Vid. corp. ph. p. 293. a.*

## Bezoardicum Lunare *Zwelfferi.*

℞. *Argenti* ſeu *Lunæ finæ* ℥j.

Solvatur in laminas tenues, prius deducta, cum *Spiritus niti ritè deſtillati* ſ. q. porro ſolvantur:

*Butyri Antimonii* à ſuo Cinnabari rectificati ℥ij. vel iij. itidem cum:

*Spiritus nitri deſtillati ritè* ſ. q.

Senſim & guttatim prædicto butyro affundendo, quouſq; omnis efferveſcentia & ſtrepitus ſubſideat: quod ſignum eſt perfectæ ſolutionis.

Hæ duæ ſolutiones conjunctæ abſtrahantur, deſtillando in cucurbita vitrea, igne arenæ, ad ſiccitatem maſſæ albæ virideſcentis.

Huic

Huic reſiduæ maſſæ denuò alius Spiritus Nitri affundatur & abſtrahatur; idque tertia vel quarta etiam vice repetendum, ultimò fortiſſimo igne urgendo, ad omnimodam Spirituum corroſivorum expulſionem; Singulis tamen vicibus ante repetitam Spiritus nitri affuſionem, maſſam ſuper porphyrite conterendo; Maſſa deinde à terna vel quaterna Spiritûs Nitri abſtractione reſidua & ſubtiliſſimè trita, aqua ſimplici ſæpiùs affuſâ, ſ. a. edulcoretur, donec omnis acredo, à Spiritibus corroſivis, reſidui ablata ſit.

Pulverem tandem Bezoardicum bihorii ſpatio circiter in crucibulo igne aperto probè calcinatum uſui reponito.

Valet ad morbos cerebri Lunares, & capitis, Epilepſiam ſcil. Apoplexiam, Paralyſin, Maniam, &c.

Doſi ℈j. ad ʒß.

Fieri etiam ſolet: *Vid. corp. ph. p. 290. a.*

## Bezoardicum Martiale.

Ex croco ♂ cum butyro ☿ tincturam extrahendo; tum cum Spir. ⦶ri figendo.

Sed quamvis proceſſus hujus Bezoardici Martialis non ſit rejiciendus, dum cum butyro ☿nii ex croco ♂ per reverberationem facto tinctura extrahatur, quæ per Spiritum Nitri, more uſitato figitur. Tamen optimum fit ex Regulo ♂tis cum Mercurio ſublimato in butyrum redactis, &, cum Spir. Nitri ad fixitatem perductis. Prodeſt in febribus cum Diarrhœa conjunctis, item in dyſenteria Epidemica, nam ratione Martis aliqualem habet vim adſtringendi, & ratione nitri, etiam anodynam. *Vid. corp. ph. p. 291. a.*

## Bezoardicum Minerale *ex Zwelffero.*

℞. *Butyri Antimonii corroſivi* ℥iij. cui

Cucurbitæ vitreæ parvæ immiſſo affundatur:

*Spiritus nitri optimi* tantum, quouſque oleum ſeu Butyrum totaliter ſolutum fuerit, nec ulla, ex contrarietate Spirituum, efferveſcentia vel ebullitio amplius percipiatur. Hinc in arena abſtrahatur Spiritus nitri omnis, ad ſiccitatem maſſæ albiſſimæ.

Hæc è vitro recepta maſſa, ac ſuper porphyrite probè trita cucurbitæ parvæ denuò indatur, ſuperaffundendo illi Spirit. Nitri recentis ad ſupereminentiam duorum circiter digitorum tranſverſorum, iterumque deſtillando abſtrahatur; quoad omnes Spiritus expellantur.

Maſſa reſidua albiſſima ſuper porphyrite probè trita ac crucibulo immiſſa igne aperto per unam atque alteram horam leniter calcinetur, ac in vitro probè clauſo, uſui aſſervetur.

Eſt medicamentum ſudoriferum & alexipharmacum, in morbis venenatis & contagioſis ſummè proficuum ac ſalutare. Datur à ℈ß. ad ℈j. & ʒß. modo legitimè fuerit paratum.

NB. Spiritus ⦶ affuſio & abſtractio tàm diu reiteretur, donec Spiritus nitri eadem aciditate, ac affuſus eſt, egreditur, tum abſoluta eſt operatio, & pulvis ſatis calcinatus & fixus in fundo reſtat in crucibulo paulìſper calcinandus & aqua dulci eluendus.

*Cl. Wedelius in Pharm. in art. form. redact.* alia methodo hanc Bezoardici Mineralis confectionem inſtituit. Sumendo nimirum ☿ *vitæ* ʒvj. *Nitri depurati* ℔ß. Hæc miſcendo & detonando, procedit, ac cum ♁ Diaphoretico fieri ſolet.

Alii ex croco Metallorum idem parant; Sic *Kœnig* in ſuo regno Minerali ſumit *Croci metallorum* ℥ij. Huic in cucurbita affundit, *Spir.* ⦶*i* ℥xii. tum in arena abſtrahit Spiritum ad ſiccitatem, & ite-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

iterat; affundit & abſtrahit ſecunda vice, poſtea in crucibulo calcinat, donec fumus ceſſet. *Vid. corp. ph. p. 286. a.*

## Bezoardicum Minerale *juxta* *Le Mery.*

Fundantur in cineribus calidis *butyri Antimonii* ℥ij. & immittantur phialæ vel matracio, ac inſtilletur guttatim optimus nitri Spiritus, donec omnino ſoluta ſit materia: plerumque tantundem Spiritus nitri, quantum butyri Antimonii requiritur, durante ſolutione, elevabuntur vapores, qui vitandi ſunt. Quapropter ſub camino vas collocandum, ſolutionem in cucurbitam vitream effunde, vel in fictile de Grez, hancque evapora igne arenæ ad ſiccitatem uſque, reſidebit maſſa alba, quam refrigerare permittes, poſtea huic affundes

*Spir. nitri* ℥ij.

Iterum vas arenæ impone, ad evaporandam ut prius humiditatem.

Tandem *Spirit. nitri* ℥ij. maſſæ albæ affunde, evaporataque humiditate, parumper ignem auge, ac per ſemihoram materiam calcina, hancque poſtea igne exime, præcipies ℥ij. cum ʒij. pulveris albi in phiola probè obturata ſervandi; Sudorificus eſt, & ad eoſdem uſus utilis, ad quos Diaphoreticum Antimonium.

Datur à granis 6. ad 20. in juſculo vel alio liquore convenienti. *Vid. corp. ph. p. 287. a.*

## Bezoardicum Solare *Crollianum.*

℞. *Butyri* ♁ ℥ii ʒß. ſolve affundendo ſenſim 🜄 *Sal. Nitri.*

R. ☉ *fin.* ℥ß. Solve in aq. fort.

Utramque hanc ſolutionem claram confunde, abſtra-

ſtraheque menſtruum gradatim, abſtractum iterum affunde, cui adde ♎ *Sal nitri nov.* ℥j.

Abſtrahe idque repete aliquoties.

Calx hæc dulcoranda & igníenda eſt.

Vires hujus Balſami *Bezoardici* ſummis *Crollius* effert laudibus in lue venerea, peſte, podagra, Hydrope, febribus, lienis obſtructione, &c.

Doſis à gr. 3. ad 8. Vid. corp. ph. p. 288. a.

## Bezoardicum Solare *Zwelfferi.*

℞. *Auri fini ſeu puri* per Antimonii purgat. ℥ß. quod ſolvatur in ſuff. quantit. *Aquæ regiæ* vel *Spiritus nitri* à ſale communi deſtillatione abſtracti, quoad aurum totaliter ſolutum ſit.

Hâc interim aſſervata ſolutione porro accipe. *Butyri Antimonii* à ſua Cinnabari rectificati ℥ij.

Huic affundatur guttatim, & per vices repetitas, ne nimium effervеſcat, & veluti inflammetur; inque cucurbita ſatis alta, ſub camino, vel in aprico, collocata *Spiritus nitri* ritè deſtillati, ſ. q.

Quoad etiam butyrum totum ſit ſolutum, in liquorem rubicundum, omniſque ſtrepitus & effervеſcentia ſuper affuſo Spiritu nitri ceſſaverit.

Has duas ſolutiones, auri ſcil. & butyri Antimonii conjungito & commiſceto, atque in alembico ſuo capitello munito, igne arenæ deſtillando, omnis humiditas ad ſiccitatem maſſæ evocetur.

Huic maſſæ in cucurbita reſiduæ flaveſcenti affundantur:

*Spiritus nitri recentis* ℥iij. circiter. Ac denuo per deſtillationem igne arenæ abſtrahantur; fortiori ultimo ſubſtructo igne ad totalem Spirituum corroſivorum conſumptionem & expulſionem.

Hic labor, recentis ſcilicet Spiritus nitri affuſio, ejuſdem-

ejuſdemque abſtractio, tertiâ vice reperatur. Maſſam in cucurbita reſiduam à cucurbita fracta ſtudioſè reparatam, (ne aculeis vitreis minutiſſimis inquinetur,) aquâ ſimplici affuſa, repetitis vicibus ablue & edulçora; pulverem verò reſiduum, probè priùs ſiccatum ac crucibulo immiſſum, Vulcano, per bihorii ſpatium circiter, committito, ut leniter, (continuò tamen candendo) calcinetur.

Atque ſic dextrè & legitimè erit confectum hoc Bezoardicum, Solare nuncupatum. Hoc ſuper porphyrite probè levigatum, in vitro benè clauſo, quo ab aëre libero arceatur, ſtudioſè aſſervandum.

Sudoriferum eſt & cordiale admodum præſtans, tempore peſtis ac in febribus malignis, aliisque morbis contagioſis, curativè adhibitum: pellit ſudorem, & cor malignis vaporibus tutatur.

Doſis ℈j. ad ʒ. etiam dimidiam, & ℈ij. ſi neceſſitas ita poſtulaverit. *Vid. corp. ph. p. 289. a.*

## Butyrum Antimonii *Le Mery.*

Pulveriſa ac accuratè commiſce *ſublimati corroſivi*, & *Antimonii* partes æquales, hac mixtura impleatur dimidia retortæ pars; hanc inditam parvæ fornaci, impone arenæ, ipſique recipiens adapta, luto agglutina commiſſuras, ac in deſtillatione procede ut artis eſt.

Cum ergò primo apparebunt vapores rubri, recipiens remove aliumque admove commiſſuris non lutatis, quouſque retorta candeſcat, tum ignem auge; per 3. vel 4. horas continuas, hinc retortam refrigerari permitte, eamque frange, & invenies Cinnabarim ſublimatam ac collo adhærentem; diſſolve eam ac ſerva.

Optimum eſt remedium adverſus luem veneream

& epilepſiam, operatur per ſudores à 6. granis ad 1ſ. in forma pilulari vel boli cum conſervâ. *Vid. corp. ph. p. 54. a.*

## Liquor ſive Butyrum *Arſenici.*

℞. *Pulveris Arſen. fixi* q. v. diſſolvatur in cella per deliq.

Sic conducit venenatis ulceribus in lue venerea, cancro, Serpigine, ani fiſtulis, morſu canis rabidi, &c.

Uſus ☍ Arſen. illius (vel pulveris) tantum in ▽ *plantag.* vel *perſic.* ſolvitur, ut mixtura ipſa guſtu linguæ tolerari poſſit.

Aqua illa lavetur vulnus ſeu ulcus.

*Baſilius* addit Sal. ♀ri & ad liqueſcendum exponit. Vid. corp. ph. p. 57. a.

## Butyrum aliud Arſenici.

℞. *Butyri Arſen.* ℥j. ☍ *Myrrh.* ℥ij.

Miſce.

Paracelſus l. de mort. rer. nat. hanc Arſen. fuſionem inſtituit cum *ſal. nit.* liquefactionemque ſubſequentem in cella, mortificationem vocat, atque Realgaria, &c. Simili modo poſſe mortificari perhibet.

Quercet. in ſpagyr. præparatione præparationes Arſen. datas ænigmaticè deſcribit, quas in Querc. Redivivo enucleatas reperies. Vid. corp. ph. p. 57. a.

## C.

## Cæmentum Vulgare, *fieri ſolet hunc in modum.*

℞. *Farinæ laterum* ℥viij. ⊖*is ppt.* ℥iiij. *Nitri, æruginis* aa. ℥ß.

M. fiat pulvis. Vid. corp. ph. p. 233. a.

Cæmen-